R. Conſerv. fl. Sambuc.
Borrag. an. q. plac.
Miſceantur. Exhibeatur inde indies Unciæ dimidium, horâ unâ vel alterâ ante prandium, cochleareq́; unum Syrupi de ſucco baccar. Sambuci ſuperbibatur.

Septimanatim quoq; drachmas duas Rob. Sambuci, vel ſimplicis, vel Antiloemici in Aqua florum Sambuci exhibe, & ſudorem in lecto, aut balneo prolice. Poſt ſudorem ad calorem contemperandum detur Cochleare unum, vel alterum Syrupi acetoſi Sambucini.

A quibusdam ſequens EXPERIMENTUM LAUDATUR.

R. Cortic. Medianorum Sambuci ſubtiliſſimè deraſorum, & in umbra leniter exiccatorum M. j. paulò pleniorem, ſuperaffunde Lactis Caprilli recenter mulcti Menſuram dimidiam ſeſquilibræ, vel circiter capacem, decoq. lentè igne ad conſumt. medietatis: de cujus colaturâ manè & Veſperi bibatur.

Prædicatur omne Venenum à Meretricibus, & aliis ſceleratis homuncionibus in cibo potuve, vel ante triennium propinatum funditus exſtirpaturum eſſe. Quòd ſi primâ vice ſucceſſum non perſenſerit æger, repetatur, nec dubium, quin tandem, Divinâ Voluntate & juvante Gratiâ, eventus exoptatus ſit ſubſecuturus.

# PARS XXVI.
# DE SPECIFICIS ARTHRITICIS.

## CAPUT I.
## DE ARTHRITIDE, EJUSQUE SPECIEBUS, PILULIS Polychreſtis & Bolo Purgante.

ARthritis eſt inſtar matris, plures ex ſe generans natas: In ſpecie Podagram, Chiragram & Iſchiaticam.

In Arthritide interdum eſt omniũ articulorum dolor, cum ſumma inquietudine: In cæteris particulares dolores externam partem, manuum in Chiragra, Pedum in Podagra, coxendicis in Iſchiade infeſtant.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0513-6

Horum omnium univerſalis cura conſiſtit in conſumptione & expulſione Tartari in toto corpore humano ſtabulantis. Cujus cura apud Practicos.

## OBSERVATIO.

Cura nō incipiatur in Paroxyſmis vehementioribus, ſed quando plurimùm ſedati ſunt.

In hoc unicè incumbendum, ut ſtato tempore Æquinoctiorum & Solſtitiorum (circa eadem enim nimirum Podagricæ fluxiones plerūq; vigent) corpus benè mundificetur, & inprimis ratio victus, quæ alioquin nuſpiam negligenda eſt, ſolers & induſtria inſtituatur, auferendo tùm plethoram, ſi quæ adſit, tùm cacochymiam quamcunq; ſuis idoneis Medicamentis.

Potus ſit vinum Meliſſaicum, rad. Garyophyll. infuſum in menſa pro hauſtu primo, aut vinum Paracelſi Antipodagricum, quod ſic fit:

℞. *Rad. Garyophyll.*
*Acori ana lib.* ß.
*Fol. Majoram. m. iiij.*
*Flor. Sambuci p. iiij.*

*Infunde in vini lib.* jv. *ſtent in infuſione per 8. dies, ſumatur ex hoc mane & veſperi hauſtus. Poſt mundificatum corpus corroborantia & Diaphoretica uſurpantur.*

*Ex numero mundificantium ſeu purgantium eis pulvis Arthriticus Paracelſi à* Crollio *deſcriptus. Ex hoc pulvere natus eſt pulvis Caryocoſtinus, omnibus ferè Medicis uſitatus: Iſte enim pulvis ſecurè & leniter omnes defluxiones podagricas purgat feliciter.*

*Cujus Deſcriptio hæc eſt.*

℞: *Hermodact. alb. cort. mundat.*
*Diagrid. ana* ʒij.
*Agar. rec. Trochiſc.*
*Caryophyll.*
*Zingib.*
*Coſti vel Angel.*
*Cymin. vel Carvi ana* ʒj.

*Pulveriſata qualibet per ſe ſubtiliſſimè M. F. Tragema ſolutivum. Doſis* ʒ *una ſit, vel paulò minus primâ vice, poſtea augeri licebit. Si neceſſarium eſſe judicabis.*

Pro Podagricis fit etiam inſigne remedium; quater ſingulis annis ſumendum, hoc modo:

℞. *Auri vitæ.* ℈ß.
Extr. Cucumer. *ſylveſt.* ʒij.
*Hermodact.* ʒj.

*Miſce. R. Hujus mixturæ* ℈j.
*Aq. Theriac.* ʒij.

*Miſce, fiat potio.*

*Mirum in modum ſeroſa excrementa citra perturbationem, expurgat.*

## Vinum Antipodagricum Præſervativum Dn. D. Michaël,

℞. *Chamædr.*
*Chamæpyth.*
*Anagallid. an. M*j.
*Fl. Hypericon. p*ij.

*Anthos*

*Anthos*
*Betonic. an. pij.*
*Rad. Hellebor. nigr.*
*Gialap. an. ʒj.*
*Hermodactyl.*
*Turpeth. an. ʒvj.*
*Cremor. ♀ albiſſ ʒij.*
*Coſt. aromat. ver. ʒij.*

*Inciſa & contuſa D. in nodulos.* S. Pulver zum Laxirenden Glieder-Wein. *Poteſt edulcorari cum Sacch. vel Syrup. approp. vel per ſe ſumi tempore matutino.*

His etiam adjungendi Arthritici pulveres cum ſuis digeſtivis in podagra probatis.

I. Eſt D. Agricolæ, cui præmittit Tincturam ♀ri ſingulis diebus bis manè & veſperi pondere 8. guttarum in Extracto ivæ artheticæ ſumendam, poſtea ſemel pulverem Antipodagricum Paracelſi, Doſi drachmæ unius, qui talis eſt:

R. *Hermodact.*
*Turbith. ana ʒj.*
*Magiſt. Scammon.*
*Gummi de Peru ana ʒß.*
*Salis oſſium microcoſmi,*
*Fol. Senæ,*
*Sacch. Candi ana ʒj. miſce.*
*F. Pulvis. Doſis ʒj.*

Hunc Dn. D. Hartmannus ita exhibet.

R. *Hermodact.*
*Turbith.*
*Diagrith.*
*Fol. Senæ.*
*Oſſ. hominis juvenis violentâ morte perempti calcinatorum, ſi chiragra manuum, ſi podagra pedum.*
*Sacch. Candi ana ʒj.*

*Miſce, f. Pulvis. Doſis à ℈ß. ad ʒij. manè ex ▽ Ivæ Arthetica per 3. aut 4. dies. Praxi Chimiatrica pag. 186.*

II. Alter eſt Medici cujusdam celeberrimi Saxoniæ cum præmiſſo hoc digeſtivo.

*R. Succor. depurator. Cochleariæ ℥v.*
*Siſymbrii Naſturt.*
*Beccabung.*
*Fumar.*
*Acetoſ. ana ℥iv. miſce.*

S. Safft zum Ziegen-Molcken.

*R. Hermodact. alb. à cortice ſuperiore mundator.*
*Turbith. ana ʒiß.*
*Oſſium Microcoſmi,*
*Diagrid. ana ʒi.*
*Coſti,*
*Maſtich.*
*Cymin.*
*Caryophyll. ana gr. xv.*
*Miſce, f. pulvis.*

S. Purgier-Pulver jedes mal ein halb Quintlein.

III. Eſt etiam probatiſſimus à D. Böckelii ſocero p. m. ſæpius uſurpatus & ab ipſo præſcriptus.

R. *Oxymell. ſcyllitic.*
*Syr. de Beton. ana ℥ß.*

*Aq. Chamæpyt.* ℥ij. *Miſce.*
*S. Digeſtiv.* auff ein mal.

R. *Cranii human. præparat.*
*Diagrid.*
*Hermodact.*
*Turpeth.*
*Fol. Senæ Alex.*
*Zingib.*
*Cinamomi,*
*Spic. Ind.*
*Cumin. ana* ʒſs.
*Sacch. Roſat. tabulat.* ℈ij.
*Miſce, fiat pulvis.*

S. Purgier-Pulver/ auff ein mal ein halb Quintlein.

His meritò accenſemus pillulas Dn. D. Michaelis Döringii, Medici Vratislavienſis in part. 2. obſervat. D. Horſtii Gieſſenſis obſervat. 3. pag. 258. quas propria Calamitate coactus præſervativas invenit, & per 30. dies ſingulo trimeſtri pondere ʒſs. ſumit, & ab inſultibus gravioribus, quos antea paſſus eſt, ſeipſum præſervat quæ ita habent.

R. *Pulv. Chamæpyth.*
*Chamædr. veræ ana* ʒij.
*Centaur. minor.*
*Rad. Ariſtol. Rotund.*
*Rhapontici veri,*
*Gentianæ,*
*Sem. Hyperici.*
*Cran. human. prap. ana* ʒiſs.
*Rad. Cichor.*
*Santal. Rubr. ana* ʒj.

*Incorporentur cum ſ. q. ſucci Chamæpyth. addendo nonnihil Terebinthinæ Cypriæ pro meliori unione, f. pill. pro libitu.*

Huc etiam ſpectat pulvis Antipodagricus ſequens, corporis ſeroſitates exiccans Dn. D. Arnoldi Weickarti Mœno-Francofurtenſis Medici, Theſaur. Pharmaceut. Galeno-Chymico l. 3. c. 2. pag. 497.

*R. Pulv. Cran. hominis ſuſpenſ.*
*C. C. uſt. & præparat. ana* ℥ſs.
*Ciner. Hirund. vel cuculi,*
*Ebor. uſt. ana* ʒij.
*Succin. albiß.*
*Margar. non perforat.*
*Corallor. ana* ʒj.
*Lapid. Bezoar. occid.* ℈ij.
*Sp. Diagalang.*
*Diamoſch. d. ana* ʒſs.
*Sem. urtic.* ʒij.
*Sacch. Roſat. tabulat.*
*Saccbar. Cand. ana ad pondus omnium.*

*F. Pulvis ſubtiliſſimus. de quo capiat pro vice* ʒj. *aut* ſs. *vel ſacchar. diſſolvatur in Aqu. Chamadr. & Ivæ Arthet. ana q. ſ. ac f. tabulæ pondere* ʒj.

*His alternantibus poſſunt ſequentes purgationes ſuccedere Weickardi l. d. p. 495.*

## PILULÆ POLYCHRESTAE.

*R. Maß. pill. Aggregativ.*
*Cochiar.*

*Cochiar. ana ℈ij.*
*Aurear.*
*Maſtich.*
*Fœtidar. ana ℈j.*
*Extr. Rhab. ʒſs.*
*Diagrid. gr. x.*

*Cum infuſione cum Trag. in Aq. Cinamomi fact. miſce probè in mortario addendo*

*Ol. aniſ. gutt.* iv.

*Formentur pillulæ admodum parvæ, quarum doſis ſit* ʒj. *manè tribus horis ante prandium.*

## ALIÆ.

R. *Pill. de Hermodact.*
*Fumar.*
*Arthritic. ana* ℈j.

*Miſce, & cum Aqu. Cinamom. form. pill. num. xx. inaurentur, de quibus veſperi cubitum ituro dentur 6. vel 7. reliquæ verò deglutiantur ſequenti die: Quod ſi pillulas reſpuat ægrotans & libentius Bolum devorare velit, talis fiat.*

## BOLUS PURGANS.

R. *Elect. Diacaſs* ℥j.
*Bened. Laxat.* ʒi.
*Rhab. pulveris.* ℈j.
*Diagrid. gr. iij.*
*Ol. aniſ. gut. iiij.*

*Redigantur in formam Boli, conſpergatur Sacch. albiſs. exhibeatur & ſuperbibatur parum vini generoſi.*

Hîc etiam non omittendam puto ſequentem Medicinam ſecuritatis dictam, in formâ Electuarii, tempore æſtatis & Hyemis in Podagra uſurpandam.

R. *Rad. Irid.*
*Stœchad.*
*Liquirit.*
*Epithym.*
*Ivæ Arthet. ana* ʒij.
*Fol. Sen. Orient* ℥ſs.
*Agar. Trochiſc.* ʒiij.
*Paſſular* ℥i.
*Aqu Fœnic.*
*Fumar.*
*Morſus Diaboli an. q. ſ. ad prædicta excipienda & decoquenda. Hujus decoctionis ſumatur quantitas conveniens, in qua macerentur per 24 horas.*

*Rhab. El. & pulveris* ʒiij.
*Spicæ* ʒſs.

*Factâ ebullitione exprimantur per linteum: expreſſioni adde*

*Caſs. fiſtul.*
*Mann. Elect. ana* ℥j.
*Syr. Roſat. ſolutiv. cochl. iij.*
*Sacch. albiſs.* ℥iſs.
*Aq. Cinamomi* ʒij.

*Bulliant iterùm ſummâ diligentiâ ad decentem conſiſtentiam, de hoc ſumat æger, manè jejuno ſtomacho* ℥iſs. *plus minusve, prout ſucceſſum ejus in humoribus educendis expertus fuerit.*

*Eſt enim Medicina ſecuritatis & nobiliſſima contra arthritidem & nervorum imbecillitatem.*

Plura

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0517-9

Plura etiam hîc Medicamenta tàm purgantia quàm ſudorifera ex Sambuco parata poſſent adduci, ſed ſuſpendemus ea usq; ad praxin.

Proſunt & maximè in his affectibus cauteria.

Qui vomitus ferre poſſunt, & ſtatis temporibus Veris & Autumni ante imminentes paroxyſmos Podagricos, A qu. benè utuntur doſi legitima, rariſſimè Podagricis inſultibus corripiuntur.

In Paroxyſmis vigentibus utimur internis & externis.

Inter Interna omnibus modis ſuperat & excellit Laudanum Opiatum ſuis proprietatibus maximè vigens. Dolorem enim ſiſtit, placidũ ſomnum inducit, fluxionib9 frenum injicit, eorum fervores conſumit, & diſſipatos ſpiritus roborat.

Externa ſunt Balſamus Podagricus, primus & ſecundus apud Crollium, quibus ſuccenturiari poteſt Ungventum Anodynum, quod eſt apud eundem & paulò poſt ſequetur.

Ad dolores mitigandos in uſu Medicis eſt caro bubula ſine pingvedine, parti dolenti ſuperligatur, idq; veſperi, & manè mutatur, taq; ita feliciter dolor ſedatur.

## CAPUT II.
## DE UNGVENTO ANODYNO CROLLIANO. p. 245.

PAratur hoc Ungventum modo ſequenti:

R. ℔. ij. 🜔li ad flav. *calcinat.*
*Mellis. virgin. cum favo lib. j.*
*Spiritus Vini lib. j.*
*ſi ſit ad manus ille ſpiritus è confectione Laudani opiati reſiduus, erit eò melior.*
*Terebinth.* ℥iiij.
*Verbenæ* ℥vj.
*Roſmarin. tantundem.*
*Silicum calcinatorum lib.* ß.

*Omnia trita miſceantur, & imponantur juſtæ amplitudinis Alembico vitreo, benè luto obducto, addito ſatis magno capitello cum Recipiente capaci, juncturis benè lutatis, ponantur per triduum in lento arenæ calore ad digerendum, poſteà paulatim deſtillentur, ultimò fortificetur ignis, quamdiu vides guttas ſeu ſpiritus exire poſtea frigeſcat: caput mortuum ſeu fæces ſpongioſæ nigræ, reverberentur ad albedinem illisq; priorem liquorem denuò affunde, & ſecundò deſtilla.*

### VIRES & USUS.

Efficaciſſimum eſt ungventum: neminem ſuâ expectatione ritè præpara

paratum & adhibitum fruſtratur. Citò enim & ſubitò dolorem podagricum ſedat, ſi locus affectus inungatur, præmiſſo prius purgante pulvere Podagrico. Linteola madefiant, & applicentur loco affecto tepidè, & relinquantur, donec ſpontè exſiccentur.

Poſteà iterum imponantur, donec dolores ceſſent; viſibiliter vapores extrahuntur; ſi pars dolens nimio ardore & rubedine crucietur, poterit de ſucco è floribus Thapſi barbati expreſſo & inſolato ana admiſceri. Alia ungventa ad Podagram invenies ſub titulo de Anodynis.

Cùm in Paregoricis multùm ſitum ſit, lubet hîc in gratiam & Ægrotorum, & Medicinæ Studioſorum nonnulla annectere.

Aquis igitur deſtillatis foliorum & florum Sambuci lintea imbuta, & tepidè applicata dolorem mirè ſopiunt, poros reſerant, materiam digerunt, & partes nervoſas roborant.

Penetrationis ergò, & ubi rubedo, calorq; intenſior, addi poteſt Acetum Sambucinum in æquali quantitate.

Ubi materia frigidior, dolorque diuturnior, eadem lintea tali liquori immergi, & tepidè admoveri poſſunt.

R. *Spiritus Sambuci è baccis ℥iij.*
*è florib. ℥ij.*
*Opii Thebaici ℈ij.*
*Miſce. Dolores viſuâ narcoticâ demulcet, materiamq; contumaciorem diſcutit & membra refocillat.*

## D. Johann. Freitag. Secreta ad Arthriticum dolorem ſunt hæc:

*R. Opii,*
*Caphuræ an. part. æqual.*
*Solve & digere in aquis partibus ✝ & aquæ Sambuci, deſtilla per arenam, phlegma, Spiritum & Oleum ſeorſim concipe & ſerva.*

## Aliud Ejusdem:

*R. Sacchar. ♄ni ℈v.*
*Sal. ♄ni ʒß.*
*Opii,*
*Caphur. in ✝ ſolut. an. ℈ß.*
*Aqv. fl. Sambuc. ℥j.*
*M. Illinatur pluma, repetendo ſæpius.*
*lib. d. Opio cap. 25. p. 224.*

## IN ARTHRITIDE VAGA ſeu Scorbuticâ excellit ſequens:

*R. Spirit. lumbric. terreſtr. ℥v.*
*⊖ Armeniac. ℥ß.*
*Cochlear. ʒij.*
*In quibus diſſolve*
*Sapon. Venet. ℥ij.*
*Camphor. ʒvj.*
*Opii ℈j.*
*Croci ℈ß.*

*M. Digere per aliquot dies & noctes poſteà filtra & in vitro pro uſu ſerva.*

S. Euſſerlich Glieder-Balſam.

*Parti affectæ cum linteo calidè applicari poteſt. Dn. Möllenbr. de Raris.*

MIXTURA ANTIPODAGRICA CNEUPHELII.

℞. *Capit. mortui* ⊕*li.*
*Aceti deſtillat. ana* ℥ij.
*Opii Thebaic.* ℥ß.
*Aqu. Chelidon.*
*Sambuc. an.* ℥iiij.

*M. pro Epithemate, dolorem intra duas horas ſedante.*

Oleum quoq;, in quo Sambuci vel Ebuli Radices & folia, vel ſuccus inde extractus coxerint, inprimis Oleum Sem. *Ebuli* (*à quo tamen* ſemen Sambuci parum vel nihil diſtat) hîc ſummè laudatur. Quod fit, ſi illud benè maturum, repurgatumq; inpaſtum contuſum in aqua coquatur, ſpumaq; colligatur, eaq; in vitro oblongo poſita, in loco tepido per triduum, aut quatriduum collocetur, donec Oleum, quod ſubviride eſt fundum petat. Idem quoque ex ſeminibus illius expreſſum efficaciſſimum eſt. Uti & ex ſemine Raphani, & è Nucibus Indicis & Glande ungventaria.

Ranarum Oleum & Lumbricorum, Vulpinum, & in quo coxerit Muſtela, vel Ciconiæ aut Cygni pulli, Item Galearum piſcium, Epar, vel Aſelli aut Millepedes.

Item Oleum ex oſſibus humanis factum & maxillis Equorum: quod fit, ſi illa confracta, ignita, oleum antiquum imbibant, & poſteà ex illis contuſis per Retortam Oleum eliciatur, vel aliâ arte. Oleum ex ſangvine Cervi eliciunt Chymici, illudq; probant. Platerus part. 2. Pract. pag 619.

℞. *Ol. infuſion. fl. Sambuci* ℥ij.
*ex acin. expreß.* ℥ß.

*Miſta parti dolenti calidè illinantur.*

*Folia recentia podagricis cum taurino, hircinovè adipe illita auxiliari, retulit Dioſcorides.*

Novi virũ, qui quotiescunq; podagrâ corripitur, hac ſola ferè inunctione utitur.

*Recipit Cremorem lactis recentem, eidemq; permiſcet pulverem inſtar pollinis ſubtiliſſimi fl. & foliorum Sambuci, ut conſiſtentiam pulticulæ ſeu cataplaſmatis acquirat, quod linteis impoſitum parti dolenti calidiuſculè applicat, ſummumq; levamen ab hoc unico & ſimplici remedio, felici ſucceſſu, exſpectat & reperit.*

Gabel Koverus inter alia & hoc habet.

℞. *Aq. Sambuci,*
*Sp. Vini ana* ℥ij.

*Miſce, & pannis imbibita applica.*

Aliqui ſumunt.

*Aq.*

*Aq. Sambuc.* ℥ij.

*Aqu. Vitæ* ℥j. *miſce.*

Idem in Articulorum doloribus aliisvè defluxionibus frigidis, à quibus ipſa quoque membrorum paralyſis vel reſolutio dependere ſolet, ſequens valdè commendat.

R. *Medullæ Sambucinæ bonam partem,*

*Vini Rhenani quartarium j.*

*Tuæmet ipſius Urinæ tantundem.*

Miſta & in ollam recentem indita decoque ad medias, poſtea locum dolentem ſpiritu vini inunge, eundemq; benè infrica: cui demum pannum laneum decocto ſupra ſcripto imbutum calidiuſculè impone, & ſi exiccatus fuerit, iterùm imbue & applica. Id quod & ante introitum lecti facias.

A quibusdam in Arthritide, præſertim calida, ſequens laudatur.

## LIQUOR MUCILAGINOſus Anodynus.

R. Cochlearum vivarum integrè domunculis ſuis teſtaceis recenter exemtarum, Baccarum Sambuci in clibano exiccatarum & pulveriſatarum, nec non ſalis uſualis culinarii, ana quantum placuerit.

Inde ſacculo colatorio, quem manicam Hippocratis vocant, ſtratum ſuper ſtratum, quoties lubet faciendo, ita ut ſingulis vicibus, primò cochleas, mox ſalem, & deinde baccas injiciendo, ſacculus ad ſummum usq; impleatur, ſuſpendatur in cellâ, è quo liquor ſenſim exſtillans glutinoſus mucilagineusq; ſtudioſè colligatur, Vitroq; incluſus, Soli per quatriduum exponatur, quo dolentem partem blandè illine. Blochvvitius l. d.

Efficax Auxilium eſt & hoc.

*R. Sem. Fœn. græc.*

*Jusquiam. ana* ℥ſs.

*Locuſtarum, id eſt, propaginum recentium Tiliæ.*

*Inciſarum M. ij.*

*Infundantur in*

*Aq. ſolani & aceto, extrahatur mucilago, in qua diſſolve*

*Bol. Armen.* ʒij.

*Ol. de oſſib9 humanis extracti* ʒj.

*F. Cataplaſma in defectu hujus Olei ſubſtituatur pingvedo Equi ex collo ejus deſumpta, hæc enim ad mitigandum inſulſum podagricum præ cæteris decantatur* (Kampff-Fett/oder Kampff-Schmaltz) *ſi loco dolenti calidiſsimè illinatur.*

Vel hocſeq. ad dolorem ſiſtendum ſæpiùs comprobatum.

*R: Saporis Venet.* ℥iſs.

*Vini ſublimat.*

*Aq. Fl. Sambuci ana* ℥ij.

*Miſceantur ad ignem, & agitentur probè, fiatq; Emplaſtrum, quod Parti affectæ imponatur calidè.*

## BALSAMUM AD ARTIculorum dolores.

R. *Reſinæ Terebinth.* ℔j.

*Opopanatis,*

*Galbani,*
*Sagapen. an.* ℥ß.
*Granor Junip. M. ij.*
*Thymiamat.* ℔j.
*Igne primùm levi : mox auctiore : Tandem vehementi deſtillentur.*

Laudant item hanc Aquam Antipodagricam.

*R.* 🜕*li crudi* ℔ij.
*Spiritus vini opt. rectif.* ℔iiij.
*Aqu. fl. Sambuci* ℔j.

*Miſce, appoſito alembico, in quo ponatur ſemen*
*Hyoſcyami q. u. contus.*
*Fl. verbaſc. Chamom. Nobil. an* ℥j.

*Miſce F. deſtillatio igne aperto ad ignitionem vitri.*

Item hoc ſeq. Secretum.

*R. Lumbricor. terreſtr. benè mundator. & lotor. in vino* ℔ß.
*Fl. Hypericon.*
*Anagallid. fœmin.*
*Saniculæ ana M.* ß.
*Baccar. viridium Juniper.* ℥iij
*Caſtor.* ℥ß.

*Omnia minutim inciſa exceptis vermibus coqu. ſimul in*
*Aqu. Flor. Chamom.*
*Leucoii ana q. ſ. addendo parum aceti Rutacei. Poſtea ponantur in vaſe vitreato obtumto ad ſolem per aliquot dies, bulliant iterùm lento igne & exprimantur fortiter, expreſſum ſervetur uſui.*

*Vel Lumbrici ſeparatim frixentur in Oleo Omphacino & inſolentur, poſtea adjiciantur reliqua, fiatq; Unguentum, quo inungendæ partes affectæ. Weickardus, l. d. p. 501.*

## CAPUT III.
## DE
## ESSENTIA LIGNI SASSAFRAS.

Paratur hoc modo:
Rec.

*SPiritus Vini aliquoties rectificati, quantum velis, injice in illud Raſuram Ligni Saſſafras, & habebis Eſſentiam hujus inſtar ſangvinis.*

VIRES ET USUS.

De hâc Eſſentiâ ſume quotidiè duo vel plura cochlearia, & mirabilia videbis, manè per ſe, vel in alio convenienti vehiculo; nam non modò omnis generis dolores Arthritidis lenit, verùm etiam ipſam materiam, unde ortum trahit, radicitùs exſtirpat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0522-5

## CAPUT IV.
## DE
# ELIXIRI ARTHRITICO,
## Ampliſſ. Dn. D. Michaëlis.

Recip.

*Herb. Chamædr.*
*Chamæpith. an. Mij.*
*Summit. Centaur. min.*
*Flor. Hyper. con. an. Miſs.*
*Salviæ,*
*Betonic.*
*Primul. ver.*
*Lavendul.*
*Stoechad. Arab.*
*Anagallid. an. p. iij.*
*Rad. Filicis,*
*Rhapontic.*
*Vincetoxic.*
*Caryophyllat.*
*Bardan.*
*Ariſtolochiæ rot.*
*Gentian. an. ℥j.*
*Scorphular. ℥iiſs.*
*Sem. Hypericon. ℥j.*
*Petroſel. Macedon. ℥iii.*

Inciſis & contuſis groſſo modo affunde Spiritum Vini rectificatum, digere per menſem, poſtea deſtilla & habebis Spiritum Arthriticum.

Hunc novis ſpeciebus & ⊖li ex capite mortuo harum ſpecierum elixiviato ſuperfunde, atq; iterũ per menſem digere, poſtea filtra & ad uſum ſerva.

NOTA;

Loco Spiritus Vini ſimplicis poteſt alius ex vegetabilibus ſpecificis paratus ſubſtitui.

*Doſis eſt à gutt. 20. ad 30. in vehiculo.*

## De
## Eſſentia contra Arthritidem vagam ſcorbuticam.

℞. *Rad. Vincetoxic,*
*Enulæ,*
*Ariſtoloch. rotund.*
*Zedoar.*
*Caryophyllat.*
*Pæon. an. ℥ij.*
*Fol. Salviæ,*
*Betonic.*
*Serpill.*
*Abrotan.*
*Rutæ,*
*Chamædryos,*
*Chamæpyth. an. ℥j.*
*Anthos ℥ij.*
*Spec. Diamoſch.*
*Dianthoos,*
*Lætic. Galen. an. ℥j.*
*Sem. citr. ℈iiij.*
*Theriac. Andromach. ℥ſs.*
*Fætul. Aronis ℈iiij.*

*In ſubtiliſs. pulverem redactis affund. Spiritum Vini malvat. opt. rectificat. ad eminentiam 4. digitor.*

*Stent bene tecta in digeſtione per dies tres. Poſtea Sp. Vin. abſtrahatur ad conſiſtentiam mellis.*

*Reaffunde*

*Spir. Vin. modò abſtráct.* ℔ß.

*Spirit. Cochlear.* ℥ij.

*Naſturt.* ℥j.

*De rub. Idæo* ℥ß.

*Eſſent. lumbricor. terreſtr.* ℥vj.

*Digerantur in* B. M. *per diem & noctem poſtea filtrentur & ſerventur pro uſu. Nobiliſſ. Dn. D.* Balthaſ. Timæus von Güldenklee. *in caſib. medicinal. vid.* Append. *Medicam. ſingul. p.* 431,

## Sal Antipodagricum Zvelferi:

R. *Spirit.* ♀*ri Schröderi,*

*affunde guttatim ſpirit. Urinæ, donec ebullitio ceſſat.*

*Poſtea quod præcipitatum eſt, collige. Doſis* ℈ß.

## De Spiritu Tartari compoſito Antipodagrico:

R. ♀*ri alb. crud.*

⊕*li ana. deſtill. per retort. quod egreditur turbidum ſupra caput mort. in retortâ lutatâ rectifica tertiâ vice, ſit clarus ſpiritus, ad cujus pondus adde dimidium ſpir. Vin. adde quoq;* ⊕*l. albiſſ. &* ♀*ri calcinat. an. deſtilla ſimul quousq; omnis ſpiritus exierit: hinc ad quamlibet* ℔j. *liquor. adde ſaſſafr.* ʒiij.

*Zinziber. alb.* ʒiiß.

*Galang.*

*Theriac. Andromach. an.* ʒiß.

*Croc. gr. vj.*

*Circulentur per ſex ſeptim. & ſubtile à ſpiſſo ſeparandum per inclinationem, valet in Podagrâ, in Iſchiade, in Colicâ, Iliacâ, Lue* ♀. *multos Chronicos morbos ſanat, ſi ad* 30. *dies ſumatur, & ſemper quinto die purgans inſtituatur.*

## De Spiritu Tartari alio Compoſito ad Arthritidem vagam.

*Qui fit, ſi* Spiritus ♀*ri cum Spir. C. C. Lign. Guajac. flor. ſambuc. uniatur & digeratur.*

*Egregiè* ♀*rum reſolvit &* ⊖ *volatile nervos feriens per ſudorẽ diſcutit.*

# CAPUT V.

## DE ANTIPODAGRICA AQUA RULANDI.

Recip.

F*lorum Chamomillæ,*

*Meliloti ana* Mj.

Mercurii ſublimati ℈ij.

*Coque in* ▽ *ſimplici. Hujus aquæ colatæ æqualem portionem M. cum* ℔. iiij.

iiij. ▽ *mortua, quæ eſt Aquæ fortis, qua uſi ſunt aurifabri in ſeparationibus, Aqu. fort. recentis ℥ij. ſucci, ſeu decocti myrtillorum ℥ij. ſeu q. ſ. ad colorationem. Utere, ceu patet ex curationibus.*

## CATAPLASMA CONTRA Podagram Domini Abrahami Falzen Pharmacopœi Northuſani.

℞. *Flor. caſſ. extract.* ℥iß.
*Raſur. C. C. crudi* ℥ij.
*Rad. conſol. major, pulv.* ʒiß.
*Aq. ſambuc. fragr. q. ſ.*

*Miſc. F. cataplaſma, quod extenſum ad linteum calidè applicetur.*

*His cum fructu etiam adjungi poſſe puto concluſionis ergò, tincturas quasdam tùm digeſtivas & purgantes, tùm* παρηγορικὰς *ſeu dolorem lenientes. Sed cùm digerentes & purgantes ſupra habuerimus, hic omittimus, & ad* παρηγορικὰς *nos convertimus.*

## Tinctura ad extra in Podagra.

℞. *Myrtillor. gallar. abſinth.*
*Nuc. Cupreß.*
*Roſ. rubr.*
*Chamom.*
*Sal. Communis ana M. j.*
*Acaciæ.*
*Hypociſtid. ana* ℥ß.
*Theriac.*
*Camphor.* ℈j.

*Miſta digerantur cum vino nigro, deinde extractam Tincturam cola, cum hac fricentur. & colluantur pedes. Joann. Daniel Mylius l. 4. Antidot. c. 3. pag. 601.*

## AQUA CONTRA DOLOREM PODAGRÆ.

℞. *Cancror. fluviatil. num. 8.*
*Granor. Junip.* ℥iij.
*Myrrh.*
*Oliban. ana* ℥i.
*Vini opt.* ℔. j.

*Deſtilla per Alembicum, vel ſi neceſſitas poſtulaverit, contundantur in mortario per horam 1. & colentur. Colatum ſtuppâ cannabinâ applicetur calidè.*

## Balſamus Antipodagricus Zvelferi:

℞. *Arcan.* 🜿*ri Angel. Salæ* ℔. j.
*Ciner. Clavellat. aquæ,*
*Spirit. Vini rectif. aliquoties abſtract. an.* ℔. j.
*Camphoræ* ℥iij.
⊖ *volat. Urin.* ℥iiij.
*Silic. ignit. & in arcano* 🜿*ri extinct.* ℔. j.
*S. q. ſ. pro maſſa ſicca.*

Indantur Retortæ loricatæ & per gradus deſtill. ▽ aperto; externè & internè convenit à ℈ß. ad ʒß. in aquâ Ivæ Artheticæ.

## Antipodagricum Cneuphelii:

℞. *Galban.* ℔. ß.
*Gumm. Heder. arbor.* ℥iij.

*Terantur ſeorſim, miſceantur & deſtill.*

*ſtillentur in ∴ per Retortam deſtillato huic adde Terebinth.* ℔ j.

*°₀° Lauri,*
*Spicæ an.* ℥j.
*Succin.* ʒvj.

Deſtilla adhuc ſemel de novo. Poteſt etiam hocce Oleum illini, in capitis doloribus; ſed in Podagra & Chiragra eſt inſignium virium, quãquam primo intolerabiles excitet dolores, dum materiam Tartaream ſolvit, ex eisq; pellit; ſed radicitus tollit materiam peccantem.

Sed hæc brevia ſufficiant, plura alia ad Praxin reſervaturi.

# PARS XXVII.
# DE SPECIFICIS NEPHRITICIS.

CAlculi ſunt varia genera, gradibus atq; partium numero differentia: *Omnia ex impuriori alimentorum portione ſubtiliata, &* ad coagulationem deſtinata producuntur. Poſt benignioris alimenti ſeparationem factam, beneficio Spiritus, ſeu caloris partium ſupervenientis ad abſolutionem deducuntur. Variis exornantur figuris pro materiei varietate, ex quâ veniunt & partium, in quibus hærent, diverſitate multiplicia ſymptomata inferunt ſingulis conformia, in magna affinitate juncta. Fortis Digeſtio dat citam operationem ad calculum; *Nulla debilis digeſtio unquam calculum produxit. Niſi debili* digeſtione per vim fortem expulſivam expellatur, & non ſecernatur, fieri non poteſt, ut homo ſine Tartaro reperiatur, quem Spiritus Salis coagulare ſolet, & quem purgationes non tollunt.

Detur opera diligens, ne acuta Medicamenta exhibeantur in calculoſis, qui aliàs ſunt valetudinarii, Vide Baſ. Chym. Croll. pag. 247.

## *CAPUT I.*
## DE SALE CONTRA CALCULUM.
Croll. pag. 247.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0526-9